



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Pharaildis Collegivm Gavdense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

S: MARIAE CORTRACENSE COL-
legium in d. Tornacensi.

COrtracum siue Curtracum, quod in Notitia prouinciarum *Curteriacum* nūcupatur, Flandriæ opidum ad Lzam Fluuium, habet collegium Canonicorum, memoriae Virginis matris sacrum, sub Balduino Constantinopolitano Imperatore, & Fladriæ Comite inchoatum: ut testatur Iacobus Merchantius in Flandriæ descriptione.

CAPUT XXIII.

S. PHARAILDIS COLLEGIVM GAV-
dense.

SPharaildis Virgo parentes habuit *Theodoricum* Lotharingiæ Ducem, & *S. Ansel-bergam*, sororis Pipini Principis filiam, fratre materno ex latere, *S. Emebertū*, Cameracensem Episcopum; Sorores *SS. Raineldim* & *Gudilam*. à B. Gertrude cognata sua de Sacro fonte leuata, litterisque instructa, pietatem à teneris annis egregiè coluit. Cumque impedire non posset quin à parentibus nuptui daretur, per omne tamen coniugij tempus illibatam virginitatem custodiuit, eadem nimis præpotenti *S. Spiritus* gratia prædita, qua & ante eam *S. Cæcilia*, & post *S. Henricus* Imperator
vxorque